FRANC. ERN. BRUCKMANNI, MED. DOCT. ACAD. CÆSAR. NAT. CUR. ET SOC. REG. PRUSS. SCIENT...

FRANC. ERNESTI BRUCKMANNI, D.

EPISTOLA ITINERARIA LXII.

SISTENS

NOTAS QUASDAM

ET

ANIMADVERSIONES

IN

CASPARI BAUHINI

PRODROMUM

THEATRI BOTANICI.

AD

VIRUM CELEBERRIMUM ATQUE DOCTISSIMUM DOMINUM,

DOMINUM

IOH. FRIDERIC.

GRONOVIUM,

MED. DOCT. ET PROFESS. LUGDUN. BATAV. CONSULTISSIMUM ATQUE AMPLISSIMUM,

BOTANICORUM NOSTRI ÆVI PRINCIPEM, FAUTOREM COLENDUM.

WOLFFENB. MDCCXXXVII.

VIR CELEBERRIME
ATQVE
DOCTISSIME,
CONSVLTISSIME DOMINE DOCTOR!

Caſp. Bauhinus, Baſilenſis, Vir certe clariſſimus, Joh. Bauhini frater junior, in plantis earundem-que notitia, quod *Te*, *Vir Clariſſime*, non latet, non parum verſatus fuit, & non ſolum ipſe magnam Europæ partem, hujus rei gratia, peragrator eſt, ſed & plurimos habuit paſſim correſpondentes & plantas aliunde ad eum tranſmittentes, juxta ac ferme primus omnium fuit, qui rem herbariam, antea variis difficultatibus ſynonymiæ & homonymiæ preſſam, veluti Augiæ ſtabulum, purgare auſus eſt, conatu ſatis felici, ſiquidem ante ipſum nil, niſi frivolæ controverſiæ de plantis veterum gentiinis, audiebatur; quamvis vero a Moriſono & fratre Joh. Bauhino (nemo enim non habet ſuos inſectatores & inimicos, fratrum quoque gratia, ſecundum vul- garo

gare proverbium, rara eſt) paſſim traduntur, quaſi plantas varias vel male diſtinxerit, vel bis terve poſuerit, fatendum tamen erit, quod ipſius labor Herculeus quadraginta annorum, quem Pinaci Theatri Botanici inſumſit, tantopere non ſit contemnendus, & quod multi ex invidia Caſpar. Bauhinum obtrectent & ejusdem hallucinationibus conſcribendis delectantur & gaudeant, ut nimirum ipſorum labor illuſtri ejusdem operis lumine non nimis obfuſcetur. Merita hinc ejus in ſtudium Botanicum certe ſunt ſummis encomiis adornanda, nulloque tempore oblivioni tradenda. Errores, ſed non culpabiles, quos in Theatri Botanici prodromo, in quo plantæ ſupra ſexcentæ ab autore primum peculiari ſtudio deſcriptæ cum pluribus novis figuris (140.) proponuntur, hinc inde offendere licuit, dies enim diem, poſt noſtri Bauhini fatum, docuit & plurium recentiorum botanicorum eximiorum oculi explicati & ſereni plus viderunt, quam oculus unius, licet alias cum laude ſolertiſſimi vegetabilium indagatoris, non ſunt æque magni momenti, interim tamen ad plantarum ſtudium in altiorem perfectionis gradum certitudinemque firmiorem evehendam, parum calamo notandi; ſunt autem ſequentes a nobis in operis dicti perluſtratione obſervati, an recte & bene? pro judicii Tui, *Vir Præſtantiſſime*, ſubtili acumine & excellenti doctrina botanica, qua hoc noſtro ſeculo plurimis palmam præripis, dijudices rogo:

Pag. 4. *Gramen bulboſum aquaticum.* Hæc planta, teſte Rajo, nihil aliud eſt, quam radix *Sparganii* vel *Sagittæ*.

Pag. 6. *Gramen arvenſe panicula criſpa*; Hæc planta, loco florum, profert radiculas, uti recte obſervavit Tournefortius.

9. *Gramen caryophyllæum*, eſt ſpecies *Cyperoidis*.

12. *Gramina hæc duo juncea*, ſunt *junci*.

13. Gramen montanum junceum capite ſquamoſo, eſt ſpecies *Cyperoides*.

Num. XL. XLI. XLII. XLIII. ſunt *Cyperoides*.

15. *Gramina hæc duo herſuta* ſunt *Cyperella*.

16. *Gramen hirſutum*, eſt *Cyperella*.

22. *Juncellus umbellis*, eſt *Scirpi* ſpecies.

23. *Juncus Alpinus capitulo lanuginoſo*, eſt *Linagroſtis* caudam leporis referens.

Juncellus capitulis Equiſeti ſpicatus, eſt *Scirpus*, & Juncelli ex Botanica ſunt relegati.

25. *Equiſetum fœtidum ſub aqua repens*, eſt *Hippuris*, differt ab Equiſeto ſeminibus copioſis paſſim ad folia adnatis, nec non quod ſemper aquis immerſum ſit.

Arundo & *Calamus* non differt, Calamos enim vox Græca, arundo Latina.

Arundo Indica, eſt Canna Indica, ab Arundine differt flore regulari monopetalo, qui in Arundine imperfectus eſt.

28. *Cynoſorchides* & *Chamaorchis* non differunt a genuina *Orchide*.

32. *Rapunculus Alpinus* ſive *Pyramidalis* omnes hic eſt *Campanula*.

37. *Rapiſtrum monoſpermum*, eſt *Raphaniſtrum Knauti*, differt a Rapiſtro ſiliqua diſperma & biarticulata.

38. *Raphani* hi duo *aquatici* ſunt *Siſymbria*.

Pag.

Pag. 40. *Eruca maritima Italica* eſt *Cakile*; differt ab Eruca ſiliqua ſaltim diſperma & haſtæ cuſpidi ſimili.

41. *Eruca Monſpeliaca*, eſt *Erucago Tournefortii*, differt ab Eruca ſiliqua quadripartitâ.

42. *Reſeda* affinis Phyteuma, eſt genuina *Reſedæ* ſpecies

Eryſimo ſimilis, eſt ſpecies *Turritidis*.

44. *Naſturtium pratenſe*, eſt *Cardamine*.

45. *Naſturtium aquaticum* & *Alpinum minus Reſedæ folio*, ſunt *Cardamine*.

46 *Naſturtium Alpinum Bellidis folio*, eſt *Cardamine*.

48. *Thlaſpi Creticum* flore albo eſt *Thlaſpidium*.

.. *Alpinum*, eſt ſpecies *Alyſſi*.

	Saxatile	
49.	*Alpinum majus*	ſunt *Alyſſa*,
	montanum incanum	

biſcutatum, eſt *Biſcutata Rivini*, quæ Tournefortio *Thlaſpidium* dicitur, differt a Thlaſpi ſilicula duplex ſcutum referente, a Thlaſpidio Riviní vero flore irregulari tetrapetalo, ab Alyſſo ſiliqua non ovata, ſed biſcutata.

50. Hæc *Burſa paſtoris major*, &

51. *Burſa paſtoris Alpina birſuta*, ſunt *Alyſſa*, & differt a *Burſa paſtoris* capſula ovata, quæ in Burſa eſt triangularis.

51 eſt *Myagrum Tournefortii*,

52. *Myagro ſimilis ſiliqua rotunda*, eſt *Rapiſtrum*.

53. *Draba flore cæruleo*, eſt ſpecies *Cardamines*, quæ

 differt

differt a *Draba* flore irregulari monopetalo, qui in *Draba* eſt regularis tetrapetalus.

Pag. 56. *Centaurium Alpinum luteum* eſt *Chironia*, differt a *Centaurio* flore compoſito ex reg. tantum, qui in *Centaurio* eſt ſimplex regularis monopetalus.

61. *Sonchus montanus Lovii*, eſt *Chondrilla Alpina*, differt a *Soncho* floribus minoribus & perianthio minus conico cinctis.

65. Num. XVII. & XVIII. ſunt *Piloſella*,

67. *Hieracium murorum anguſtifolium non ſinuatum*, eſt *Piloſella altiſſima*.

68. *Chondrilla purpuraſcens fœtida*, eſt *Hieracium*.

73. *Millefolium aquaticum pennatum*, eſt *Potamogeton*.

... cornutum, eſt *Cornuta*, ſed male picta.

74. *Conſolida regalis*, eſt *Delphinium*.

81. *Apium peregrinum*, eſt ſpecies *Ammios*.

85. *Seſeli paluſtre lacteſcens*, eſt *Dyſſelium*.

87. *Valeriana peregrina purpurea*, eſt *Valerianella*.

88. *Nardo Celtica ſimilis inodora*, eſt ſpecies *Gei*.

90. *Solanum racemoſum*, eſt *Lycoperſicon*.

91. *Solanum Mexicanum*, eſt *Mirabilis flore minore*.

92. *Papaver ſpinoſum*, eſt *Argemone*.

93. Hæc *Argemone* eſt ſpecies *Papaveris*.

98. *Heloſtium*, eſt ſpecies *Plantaginis*.

100. *Pyrola Alſines flore majore*, eſt *Trientalis*, differt a *Pyrola* flore regulari monopetalo, qui in *Pyrola* eſt irregularis pentapetal.

101. Hæc *Serpentaria* eſt ſpecies *Ari*.

102. Sunt omnes *Chervi*.

Pag.

Pag. 104. 105. Hi *Caryophylli* ſunt omnes *Tunicæ*, excepta Num. XI. qui eſt *Gramen pannulacum*.

106. *Linaria Bellidis folio*, non eſt *Linaria*, quia non habet florem calcari donatum; eſt planta ſui generis. vid. etiam Joh. Rajus.

107. *Limum minimum foliis* ..., eſt ſpecies *Nummulariæ* ſeu *Lyſimachiæ*, teſte Tournefortio.

Hyſſopi folia, eſt ſpecies *Salicariæ*.

109. *Mentha radice geniculata*, eſt ſpecies *Nepethæ* ſeu *Catariæ*, differt a *Mentha* barba latiore & eleganter crenata.

110. *Mentha cattaria*, eſt *Nepetha*.

Lamium peregrinum, eſt genuina *Scutellaria*.

Marrubium paluſtre, eſt ſpecies *Lycopi*.

111. *Alſine Trixago*, eſt *Veronica foliis Chamædryos*.

Euphraſia lutea & purpurea, hæ duæ ſunt ſpecies *Odontitis*, differt ab *Euphraſia* floris barba trifida minus ſpecioſa & minime crenata.

113. *Pſeudoſtachys Cretica*, planta nobis non cognita.

Pſeudoſtachys Alpina, eſt *Stachys Alpina*.

Satureia Cretica, eſt ſpecies *Nepethæ*.

114. *Verbaſcum foliis rotundis*, eſt genuina *Blattariæ* ſpecies.

115. *Æthiopis laciniato folio*, eſt genuinum *Horminum flore albo foliis diſſectis*.

Sanicula montana minor, eſt ſpecies *Geï*, quod differt a *Sanicula* flore regulari, qui in *Sanicula* eſt irregularis.

Sanicula Alpina minima, ob deſcriptionis brevitatem non conſtat.

116. Hæ tres *Lyſimachiæ* ſpecies ſunt *Chamænerii*, & differt a *Lyſimachia Tournefortii*, ſeu *Nummularia*

mularia Rivini flore reg. monopetalo plano & quadrifido ſummo fructui inſidente, qui fructus eſt quadripartitus & lanugine foetus. *Nummularia* vero fructus eſt ſimplex & globuſus abſque lanugine. Flos vero pariter eſt monopetalus planus & quinquefidus, qui teſtam ſeu capſulam intra florem fovet. Rivinus *Lyſimachia* nomen ex re herbaria eliminavit, & Tournefortius *Nummularia* nomen; eſt itaque unum idemque *Lyſimachia Tournefortii* ſeu *Nummularia Rivini*. Reliquae vero *Lyſimachiae* veterum partim ad *Salicariam*, partim ad *Chamaenerion*, partim ad *Scutellariam*, partim ad *Veronicam ſpicatam* pertinent.

Teucrium Alpinum inodorum, non conſtat.

Pag. 117. *Chamaedrys Auſtriaca* / *Spuria* / *Alpina* } ſunt *Veronica* ſpecies.

118. *Alſine* I. eſt *Portulaca aquatica*.
II. eſt *Cameraria paluſtris*.
III. non conſtat.
IV. eſt ſpecies *Arenariae*.
V. *Androſaces* ſpecies, it. & VI.
VII. eſt ſpecies *Spergulae*.
VIII. eſt *Arenaria paluſtris*.
IX. eſt *Arenaria*.

119. Haec *Anagallis aquatica*, eſt ſpecies *Veronica*. *Echium Hiſpanicum*, de hoc nondum conſtat. *Scorpioides*, eſt *Myoſotis*.

120 *Conſolida media*, eſt *Bugula* ſpecies. *Bellides* hae *Alpinae* ſunt *Leucanthema*.

Pag. 121. *Bellis montana major folio mino*, eſt *Leucanthemum*.

Bellis Num. IV. eſt *Leucanthemum*,

V. non conſtat.

VI. eſt ſpecies *Globulariæ*.

122. *Gnaphalia* hæc duo *roſea* ſunt ſpecies *Filaginis*.

123. *Helichryſo ſyl. ſimilis*, eſt *Stœbes* ſpecies.

124. Hæ tres *Conyzæ* ſunt *Aſteris* ſpecies.

129. Hæc *Tragopoga* ſunt *Scorzoneræ*.

Hæ quatuor *Perfoliata* ſunt *Bupleura*.

130. *Aſcyron* & *Hypericum* differunt capſula quinquepartita, quæ in Hyperico eſt tripartita.

131. *Sedum* Num. I. & II. ſunt *Saxifragia*.

III. IV. V. VI. & VII. non conſtat.

VIII eſt *Saxifragia*.

133. Hoc *Cotyledon* eſt *Geum*.

135. *Bryonia ſylv. baccifera*, eſt ſpecies *Tami*, quod differt a *Bryonia* floribus globoſis. vid. Tournefortius.

136. *Polygonatum latifol.* non conſtat.

137. *Chelidonia rotundifolia*, eſt *Ficaria major*.

138. *Althæa Bryonia folio*, eſt ſpecies *Malvæ*.

Geranium Malacoides / *Columbinum* } ſunt ſpecies *Gruinalis*.

Cannabina aquatica ſimilis, eſt *Bidentis* ſpecies.

139. *Quinquefolio ſimilis*, eſt *Pentaphylloides* ſpecies.

Fragaria affinis, hæc nobis non conſtat, ſed eſt ſpecies *Pentaphylloides*.

140. *Trifolium montanum Lupulinum*, eſt *Lupulinum Alpinum capitulis ſulcis*.

 Trifo-

Trifolium Num. IX. X. XI. XII. & XIII. ſunt *Cochleata*,

Pag. 142. *Trifolium pentaphyllum Creticum*, eſt *Meliloti* ſpecies.

- - - *ſpinoſum Creticum*, eſt *Fagonia Tournefortii*.

143. *Trifolium Alpinum*, eſt ſpecies *Ononidis*,

- - - Num. XXI. *Loti* ſpecies, item & Num. XXII. XXIII. *Meliloti* ſpecies.

144. *Melilotus Hiſpanica*, non conſtat.

145. *Rubia montana*, eſt ſpecies *Gallii*,

pratenſis / *quadrifolia* } *Aſperulæ* ſpecies,

Rubea anguſtifolia ſpicata, eſt planta ſui generis, differt a congeneribus ſemine nudo unico, ſi verum loquitur Rajus

146. *Rubia cynanchica*, eſt *Rubeola*.

Gallium latifolium glabrum, eſt *Cruciata*,

147. Hoc *Piſum umbellatum*, eſt *Piſum comoſum Rivini*.

Cicer montanum ἄκαυλον, eſt ſpecies *Glaucis*, quæ etiam in Knautii enumeratione plantarum pro nova planta a nemine adhuc dum deſcripta exhibetur, ſub nomine *Aſtragali*.

148. *Cicer montanum lanuginoſum*, eſt etiam ſpecies *Glaucis*

Hic titulus debet eſſe de *Lathyro*, non de *Lathyride*, *Lathyris* enim eſt *Eſula major*, plantæ vero hoc capite a Bauhino exhibitæ ſunt genuinæ ſpecies *Lathyri*, qui non ad *Eſulas*, ſed ad legumina pertinet.

149. *Vicia* hæc eſt *Gratiæ* ſpecies.

Caput

-ℌ)o(ℌ-

Caput gallinaceum minus, eſt *Onobrychis minor*. *Onobrychis* I, & II. ſunt *Hedyſara*.

Num. III. eſt *Aſtragalus*.

Pag. 150. *Glaux leguminoſa aſinus*, eſt *Glaux Boetica*.

151. *Filix mas aculeata major*, eſt *Lonchitidis* ſpecies.

152. *Muſcus terreſtris coralloides erectus cornubus ruſeſcentibus*, & *Muſcus Ceranoides* ſunt ſpecies *Lichenis*.

Num. XV. & XVI. *Lichen*.

154. *Quercus maritima*, eſt *Fucus*.

155. *Carduus mollis laeifolius*, eſt *Cirſium*.

- - *ſphaerocephalus*, eſt *Echinopus*.

156. - - - *paluſtris*, *polycephalus* & *repens vinearum*, eſt *Cirſium*.

Anonis viſcoſa, eſt *Natrix*.

157. *Cytiſus Hiſpanicus*, eſt *Lotus*.

Colutea ſcorpioides maritima, eſt *Coronilla*.

Geniſta Hiſpanica, eſt *Spartium*.

159. *Liguſtra* haec duo, ſunt ſpecies *Syringa*.

160. *Sanamunda viridis*, eſt ſpecies *Laureola*.

Hactenus exolevit nomen *Sanamunda*, ſiquidem omnes plantae ab aliis ſub hoc nomine deſcriptae, ſunt ſpecies *Laureola*.

APPENDIX
AD
PINACEM THEATRI BOTANICI.

Pag. 516. *Allium ſeu Moly Virginianum*, eſt ſpecies *Ephemeri* ſeu *Tradeſcantia*.

Botrys Ambroſioides Mexicana, eſt ſpecies *Chenopodii*.

podii, quæ vulgo hecticulanorum pro Thea divenditur.

Millefolium aquaticum cornutum minus, eſt ſpecies *Cornutæ*.

Doronicum Americanum Laminii folio, eſt ſpecies *Solis*.

Lyſimachia lutea corniculata, eſt *Onagra*.

Pag. 517. *Vitis Canadenſis nomine*, e&t. eſt *Toxicodendron Tournefortii*, flos pentapetalus regularis, ſemen nudum unicum.

Pruni ſylveſtri affinis Canadenſis, eſt *Spiræa foliis Hyperici*.

518. *Ricinus Americanus* folio *Staphiſagriæ*, eſt ſpecies *Ricinoidis*.

Et hæ ſunt præcipuæ noſtræ in Bauhinum notæ. In ſequenti epiſtola & animadverſiones quaſdam in Piſonis & Bontii plantas Indiarum *Tecum*, *Vir Celeberrime*, communicabo. Pronunc vale & diu in reipublicæ literariæ emolumentum ſtudiique botanici utilitatem pancratice ex voto ſivent.

Dabam Wolffenbüttelæ die 2, Octobr.
1737.

SS 548277